

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I. U. D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Dn. M. Joanni Huswedelio, Graecarum Literarum, & Philosophiae Practicae Professori ... Omnes omnium ordinum Cives Academicos amice invitat

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75628192X>

Druck Freier  Zugang



Universitäts
Bibliothek
Rostock

riac
orum
ingenium.

Kl. 241. (3.) <son>

16
29

PROGRAMMA
qvo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
NICOLAUS Schütze/J.U.D.

& Profess.

AD EXEMPLARIAS
QUAS

Viro Clarissimo, Excellentissimoq;

DN. M. JOANNI
HUSWEDELIO,

Græcarum Literarum, & Philosophiæ
Practicæ Professori optimè merito, Facultatis
Philosophicæ amplissimo Seniori,


Marito suo desideratissimo
Vidua magnifica
paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives
Academicos amicè invitat.

• 6 (o) 6 •

¶

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILH, Acad. Typogr.
Anno M. DC. LI.





Aud ita longo annorum intervallo summos Theologiaz Vates QUI STORPIUM pri-
mum, debinc COTHMANNUM, seculi pariter
atq; Academiæ hujus ornamenti, publico omnium
dolore extulimus, quibus longior per ætatem vita,
felicius per virtutem & probitatem fatum voto no-
stro contingere debuerat. O verè miseram & infelicem Academiæ con-
ditionem, quæ tantis orbata luminibus, HUSWEDELIUM quoq;
qui unus, in Philosophico quidem ordine, ex veteri illo supererat nu-
mero, efferre cogitur? Quamvis enim naturalis eorum imprimis vi-
deatur excessus, qui octogenariis proximi (qui summus vitæ nostræ ter-
minus ipsis divinis oraculis definitus est) obeunt; neque prodigiū quic-
quam aut miraculi habeat, extingui lampada, cui oleum deest: aut
expirare & cadere flosculum, qui maturitate ipsâ exaruit; vitos tamen
adè magnos, & quos Orbis admiratur, ex uno loco intra tam paucos
annos surripi fatis, ingenti ac tristi augurio carcere vix potest. At quid
luctui stilum immergamus, aut muliebribus lamentis lugeamus
ademptam; erigamus potius animum, & æquâ feramus mente acerbii-
tatem nostræ sortis, funusque prolixæ, quâ possumus significatione
honoris atq; officii, afficiamus potius, & quæ de sublati vita habemus,
exponamus, ne, quos ad exempla laudum atque æternitatem nominis
natura genuit, sine ullâ commendatione, tanquam fugitiui, elabantur;
cum Romanos, in castris etiam, in conspectu hostium, ac bellico tu-
multu, quoties præclara virtus aliqua è terris commigraret, Parentes,
patriam, ac genus universum Ejus, qui defunctus esset, commendasse
legamus. HUSWEDELIUM igitur nostrum in lucem hanc anno
Christi supra millesimum quingentesimum quinto & septuagesimo edi-
tum Hamburgum excepit, celeberrimum illud Germaniæ emporium,
urbs ampla & copiosa. Parentes habuit non clari illos generis, famæ
tamen & opinionis bona; Patrem HANSONEM HUSWEDE-
LIUM pistorem, & tribus suæ Magistrum: matrem MARGARETAM
GRAVIAM, lectissimam foeminam. In puerò statim excel-
lens, & omnis egregiæ artis capax ingenium, atque incredibilis memo-

A 2

riæ

ris vis emicuit. His impulsus Genitor, non ille literatus quidem; sed qui literas tamen, & literatos, magno in pretio haberet, filiolum, cum jam annum ageret quintum, Scholæ patriæ erudiendum tradidit, in qua prima Musarum elementa adeò feliciter imbibit, ut ea, in Examine quodam publico, BERNHARDUS VAGETIUS, & cæteri qui tunc exatini præerant, cum maximè commendarint; VAGETIUS insuper, cum forte in scriptura ejus, quâ versus ab initiis humilioribus exorsus in altum duxerat, re in jocum versâ, addiderit: *tu quidem ad altiora riederis contendere.* Quod augurium puer arripuit, & conatibus maximis atque omni contentione nervorum, sub eruditissimo præceptore tum temporis CHRISTOPHORO SYLVIO, viro & Poëtâ optimo, à quo præcepue ad Poëticum studium animabatur, eos progressus fecit, ut ex herbelcenti illa segete jam tûm certissimam omnes messis futuræ conjecturam capere poruerint. In secundam, ut vocant, Classem enectus studiorū socium sortitus fuit JOANNEM à WOUWER, cum quo tantâ exercitâ mentis industria, tanto inflammati pectoris fervore, tantâ sedulitate & diligentia tractavit literas, ut quotidie major esset eruditionis accessio, quamvis ætatis. Omnia enim cupiditate quadam devorabat, vigilianti studio penetrabat, assiduâ contentione superabat. Sermones utriusque linguae Latinae & Græcae in qua postea regnum obtinuit, ita jam edocitus erat, ut aliis, quamvis ætate multò provectionibus, classicos in iisdem scriptores cum fructu prælegeret atq; interpretaretur. Cujus rei indicia quâ plurima extant: nec desunt, qui hoc fando ab aliis acceperent. Cum igitur artium & linguarum fundamenta in scholâ patria probè jecisset, suos amicorum, & permisso matris indulgentissimæ (nam pater deceperat interim) in Academiam nostram amandatus est, in qua NICOLAO WILLEBRANDO, J.U.D. & MARTINO BRASCHIO illo Ethices, hoc Logices Professoribus, viris excellentissimis, tam familiariter usus fuit, quam qui familiarissimè. Quorum suffragiis etiam, cæterorumq; consensu, post luculenta satis specimina edita, jure optimo, summâ Philosophiae laureâ ornatus fuit: quod contigit anno clo XCVIII. Cognovimus primam vitæ HUSWEDELLI partem, quam patriâ in scholâ & academiâ nostrâ discendo possimum confecit: nunc reliquum vitæ ejus curriculum videbimus. Quia verò non ita agitur cum rebus humanis, ut una tellus præclara omnia ingenia includat: exeras etiam visere Academias statuit. Rostochio igitur Witebergam.

CON-

concessit, ubi commoratus aliquantisper satis arctam cum summis
Theologis HUNNIO, BRODERMANN O, HOMELIO,
ut & ERASMO SCHMIDIO, Græcarum literarum Professore
publico (at quantis viris!) amicitiam coluit. Testes hujus rei sunt
literæ ad Nostrum tanquam familiarem suum frequenter ab iis prescri-
ptæ. Illinc per interiorum Germaniam in Austriam & Bavariam pene-
travit. In reditu Basileam Rauracorum, Argentoratum, Tubingam
& cæteras Academias fere omnes salutavit. Cum Heidelbergam per-
venisset, nihil ei prius vel antiquius fuit, quām ne indignus videretur
amicitiâ viri nonquam satis laudati JANI GRUTERI, Jurisconsul-
tit: cuius inter laudes eximias non minium ea locum meretur, quod
nullus hoc viro, nec dissidente invidiâ, præclarus sit meritus de tot scri-
ptoribus Romanis. Ab hoc, sine fuso, & more majorum, inter paucos
in familiaritatem receptus est. Redox Helmstadii, quod non in mini-
mâ felicitatis suæ parte ponere solebat, cum CASELIO, viro ad mi-
raculoso & invidiam erudito, amicitiam iniit: quæ conversatio pruden-
tiam ejus mirificè acuit, atq; ornavit. Cum Rostochium reversus inge-
nii simul & eruditioñ præstantiam approbasset mirificè omnibus, idq;
& extra Academiam incepisset clarescere, factum est, ut ad ConRecto-
ris munus in Scholam Suerinensem evocaretur, quas partes summò
studio & fide aliquamdiu administravit. Cum verè præclarissimæ lubi-
dinis cupiditas, adeundi visendiq; Belgii eum teneret, quod tum cætera
felicitas, tum clarissimorum virorum fama latè ostentabat, eò se contu-
lit, & amicitiam cum JOS. SCALIGERO, cuius nomen sive hor-
tore & religione commemorare vix possumus, cum DOMINICO
BAUDIO, VULCANIO, & aliis magni nominis viris contraxit.
Quām præ cæteris Nostrum in oculis tulerit BAUDIUS, ille facilis
contextor Iambi, ex ejus videre est epistolis, quas perennitati seculorum
consecravit. Ita enim ille C. I. Ep. 90. ad CL. KIRCHMANNUM:
Et scriptio tua per mihi accepta fuit, & commendatio viri ornatissimi JOAN-
NIS HUSSVEDII, qui tametsi eā probitatis & eruditioñ indole præ-
ditus est, ut omnium bonorum amicitia dignissimus esse videatur, tamen non
exiguum apud me pondus habuit judicij tui auctoritas, cui jure plurimum
tribuo. Innotuit tum temporis & PAULO MERULÆ, clarissimo
& literarum omnium consultissimo viro, qui Nostrum eā lege atq; con-
ditione in ædes suas receperat, ut ejus opera filiorum suorum tenera-

ætas ad capiendam virtutis & liberalium artium disciplinam instituere. Id quod egregie etiam processit. Post id tempus ad munia publica exhibitus est. Cum enim in schola patria Correctoris munus vacaret, & ad id sustinendum ornandumque ipse publicis literis vocaretur, permisit se & providentia divina, & amicorum hortatibus, inter quos familiam ducebant ALBERTUS ab Eiken & EVERHARDUS TWESTRENGIUS, qui tum Lugduni Batavorum studiorum gratia cum ipso agebant (quorum alter Consularem hodie adhuc dignitatem apud suos magna cum laude sustinet, alter Senatoriam defunctus decepsit) eamq; provinciam in se suscepit, id quod accedit anno cl^a Iac V. In eo munere præclarè adeò se gessit, ut, licet mediocre nihil de eo speraretur, opinionem tamen omnium longissime vinceret. Quibus quantisq; laboribus, vigiliisq; quantâ fide atq; dexteritate utilitates & commoda juventutis, per ipsum decennium, hec promoverit, quot egregiae animæ, ex ejus iudo, velut ex equo Trojano, prodierint, novisq; ipsi, & haud ita pridem testatus id denuo est ò dēra, vir apud suos & exteris magnæ existimationis, Græcarumq; literarum juxta ac Latinarum callentissimus. Multi, sed vano credulitatis errore persuasi putant (ut sunt prona ab eruditione in ambitionem, ab ambitione in recordes fastus hominum ingenia) in vilioribus habendas, quæ erudiendæ juventuti impenduntur, cūras: Statimq; pædagogicas lordes etiam ins objiciunt, in quibus plus quam professorum splendorem admirari debebant. Rarum sane munus, & inter utilissima publico egregio studia ponendum, provisu, ac sollertia gubernare res Scholasticas. Quod qui eruditioni tantum deputant, aliquando nebulam in pariete pingunt. De provincia hac Scholastica audite sultis, nisi grave est, elogium magni illius BAUDII, quod ex ejus C.I. Ep. 87. ad Joannem à Wouweren prescriptum vobis excrimus: Literas hasce perferendas dedi JOANNI HUSSVEDELIO populari vestro, cui decretam provinciam docendæ secundo loco juventutis restræ latet & gratulor. Hoc satius &c. Exornabit, ut auguror, imò confido, hanc honestissimam Spartam, licet vulgo haud ita videatur, ac ne maxima quidem parti eorum, qui supra vulgus sapere se postulant. &c. Pluris enim interest eam ætatulam recte institui, quæ suo nisu insistere studiis nequit, quam eos qui sine cortice nare, & suis (ut ita dicam) auspiciis rem gerere possunt. Hæc ille, & quæ sequuntur pluria. Anno cl^a Iac XV, Rostochium cum familia sua remigravit, præf-

8

præficiendus & Scholæ Senatoriæ, & Græcarum literarum professioni
publicæ, in Academia. Illam functionem summâ cum laude, integro
quinquennio Rector & moderator; hanc pluribus annis, junctâ Philo-
sophiæ Practicæ professione, legendo, disputando, commentando,
cum immortali nominis sui gloria, publicè recte atq; ordine sustinuit.
Pendebat à docentis ore in Auditoriis publicis ipse flos Academicæ
juventutis. Hic, quicquid eruditio, arte; prudentia, usu; oratio, cultu;
sententia, invento recondiderat; expromxit, explana vit omnia. Juven-
tuti, quæ discendi studio, licet sæpe intempestivo, sæpe præpostero.
ipsum adibat, obvius semper & expositus erat. Quod salutationes &
colloquia exemerant diei, nocturnus labor repensabat. Erat omnium
delitium & amor. Et quemadmodum augusta illa ac verè generosa
Amazonum Regina nihil se usquam vidisse proclamabat, nisi Alexan-
drum Magnum vidisset; ita nemo Rostochium se vidisse putabat, qui
HUSWEDELIUM non viderat. Cùm vero pestilens illud Martis fidus
annis clo lœ XXVI. & sequentibus hanc provinciam, ut & universam
Germaniam contagioso suo halitu afflaret, in patrum velut asylum
quoddam & receptaculum confugit, ibidemq; Scholæ & illustris Gym-
nasi regimen in se suscepit, cui tantisper præfuit, donec odio quorun-
dam ac invidiâ, quæ eminentes virtutes maximè sequitur, fatigatus,
Spartam hanc ultrò deserere sibi consultum putaret. Quo facto in
Academiam nostram reversus Professioni, quam vacuam reliquerat,
denuò suffectus fuit. Quas partes eò usq; laudabiliter administravit ac
gessit, dum inter emeritos censeretur. Quæ intra Vestæ penetralia libe-
rali custodiâ afferavat hactenus ingetrii monumenta, luce publicâ
longè dignissima, adduci non potuit, ut erat fugitans ambitionis & ipse
sui contentor, ut publici juris faceret. In divinæ Poesios studio quem
non longo intervallo post se reliquit? Omnia ad Musæ veteris genium
aspirant, & in affectata simplicitate atq; naturali pulcritudine asurgunt.
Theologiaz, Polemicæ in primis scientissimus fuit. Concionando se
quoq;, cum juvenis adhuc Suerini ageret, aliquoties exercuit. Anno
clo lœ VII legitimis nuptiis in matrimonium sibi juxxit lectissimam &
florentissimam virginem JESAM; viri integerimi & honestissimi
JOANNIS SIMMERI filiam. Ex qua quinques pater, tres pueros, puel-
las binas sustulit. JOANNES primus ut & secundus infantes adhuc
acerbo funere mersi sunt, quæ fata & puellas MARGARETAM
atq;

atq; ANNAM MARIAM eadem mansere. Superest vir excellentissimus, clarissimus atq; experientissimus DN. JOANNES ALBERTUS Medicinæ D. qui Hamburgi medicinam magnâ laude facit. Is præfens ut & mater optima, mariti parentisq; sui obitum veris & amatissimis lacrymis prosequuntur, inq; societate luctus sui amplissimum Patrium & universam Academiam facile trahunt. Corpus Noster fortius erat sat firmum & validum, morbisq; minimè obnoxium: Sed per aliquot tempus non tam ex valetudine, quam vitio ætatis, quæ ipsa est morbus, debilitatem membris inductam sensit, adeò ut obsequi non possent imperio rationis, quæ deinceps quoq; aliquod deliquium passa fuit. Avarum verò sensus ad extremum usq; vitæ decursum perficit ipsi integer, quare ad preces rogatas constanter respondit, & ad lectionem Psalmi octagesimi sexti valde commoveri visus est, insuper & maximopere delectari repetitâ lectione Psalmi trigesimi noni: nec lacrymis abstinuit, cum audierit Regem & Prophetam quiritari: à castigatione manustue propter iniuritatem ego defeci, cum enim corripueris hominem propter peccata, tunc consumitur tanq; à tinea pulcritudo ejus profecto omnis homo vanitas. Exaudi orationem meam & deprecationem meam auribus percipe &c. Inter has & alias preces ac suspiria d. XXII. Octobr. horæ IV. matutinâ defecit tandem placidissimo resolutus obitu, cum non amplius octiduo lectulo prorsus affixus decubuisse. Non illum in medio cursu vita deseruit, sed à portu non procul consistentem ad portum abripuit. Atq; hunc finem habuit summus & singularis prorsus vir, non autem ejus memoria, quam piè inviolateq; semper venerabimur. Non omnis obiit; vivit, famâ apud homines, immortalis: cælesti gloriâ apud Deum, æternus.

Corpus, hospitium illius egregiæ animæ, quæ terras omnes nomine suo implevit, hodie ad horam I. postea tumulo componetur; vestrum erit, CIVES ACADEMICI, viri de Academia nostra & re literaria optimè meriti fatus frequenter deducere & comitari. Id quod facturos vos, vel non monente me, omnino confido. P.P. die

ult. Octobr. Anno clo lœ LI.

Conventus fiet in ade Jacobæ hora I.
pomeridianâ.

•S(0)S•




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

098

the scale towards document

ges ac Principes s^ep^e attoniti audire: Suas
eminentis vim, non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres s^ep^e sensere. De
s non tantum privati, sed & publici partibus,
minis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus recte instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessaria
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
luit alter Sulpitius, studio, usu, experientia, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientia
olanè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
ctorū disertissimū & oratorū juris peritissimū
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
imniatum, invidiæ & livoris iclus ac mortus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatisissimus fuerit, semper tamen
n respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imo & excultor perpetuus fuit.
viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
dente, eidem in officio suffetus & in collegium Juridici
us fuerit; præstit se quoq; in hac vita statione fidum
tiones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
tiri & Labeonis JCt ex exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichy J. D. eximij,
demicum sibi creditam, luculenter feceravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
navit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, ed semper fuit corpore debilior:
um in itinere quodam officij ratione sucepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplici gessit, ita non multò
sentavit, & inædis inducijs indultis, majori paulò post
tuans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræ obstrunctiones, & quar-
oles scorbutus, perennis iudem à capite ad fauces & pul-
ascens indelinens tusus, cuius vehementia, venuila pul-
monum